

Przywilej Króla Władysława Jagiella
przeciwno heretykóm.

199.

44

Significamus tenore presentium, quibus expedit universis presentibus et futuris harum notitiam habituris. Quod cum dissimulatione preterire non debemus: imò arcemur Divine Legis perpetuis institutis pestiferos hereticorum errores, quos in Dei contemptum et in Christiane fidei detrimentum et in enervationem, Politicæque iacturam iniqua perversorum corda contaverunt, etiam quæcumque oporteret nos subire pericula, à finibus nostris propulsare, et in gladio deicere, ut qui censura Ecclesie non terrentur, humanâ severitate multentur, maturo consilio Prælatorum, Principum, et Baronum nostrorum habitò et consensu, et etiam de certa ipsorum et nostra scientia presentibus decernimus et pro firmo constanti atque irrefragabili edicto teneri præcepimus. Ut quicumque in Regno nostro Polonia et terris nobis subiectis, hereticus aut heresi infectus vel suspectus de ead. fautor eor. vel dilector repertus fuerit, per nostros Capitaneos, Consules civitatum et alios officiales æquoslibet subditos nostros sive in officiis sive extra inventos, velut Regis Mtuus offensore capiatur, et iuxta exigentiam excessus sui puniatur. Et quicumque venerint de Bohemia, et intrant Regnum nostrum, ordinarios quorum examini aut magistrorum

magistratorum haereticae pravitatis ad hoc à Sede
Apostolica deputatorum vel deputandorum sub-
dentur comprehensi.

Si quis autem incolarum Regni no-
stri cuiuscumque status dignitatis, gradus aut con-
ditionis fuerit hinc ad Festum Ascensionis Do-
mini proximum redire de Bohemia neglexerit,
noluerit, vel contempserit, pro convicto haeretico cen-
seatur et panis subiaceat, quae haeretico in-
fligi consueverunt, nec amplius ad regnum no-
strum revertatur moraturus. Et nihil omnino om-
nia bona ipsorum mobilia et immobilia in qui-
buscumque rebus consistentia publicentur the-
sauro nostro confiscanda, prolesque eorum tam
masculina quam feminea omni careat succes-
sione perpetuo et honore, nec unquam ad ali-
quas assumatur dignitates vel honores, sed
cum patribus et progenitoribus suis semper
maneant infamis, nec de cetero gaudeat ali-
quo privilegio nobilitatis vel decore.

Inhibemus etiam sub eisdem panis om-
nibus mercatoribus et aliis hominibus cuius-
cumque conditionis fuerint, ut à modo et in
posterum nullas res venales, praesertim plum-
bum, arma, esculenta et poculenta ad Bohemi-
am ducere presumant vel portare. Quae circa
vobis omnibus et singulis Capitaneis, Burgra-
vis, Procuratoribus, Magistris civium, consuli-
bus, et aliis Regni nostri Officialibus et subditis
quibus

quibuslibet ad quos presentes pervenerint. Mandamus, quatenus presens edictum nostrum custodire fideliter et firmiter debeatis, et ubilibet in civitatibus, villis, et aliis quibuslibet locis publicis et privatis, et specialiter ubi tractabuntur iudicia, et ubicumque contigerit aliquam multitudinem hominum confluere, palam vocibus praconum faciatis proclamare, ut nullus valeat pretendere ignorantiam praemissionum. Itaque quibus sigillum nostrum appensum est: testimonio Literarum. Datum in Wiclin Die Dominica Judica me Deus a^o Dni millesimo quadringentesimo vigesimo quarto.

Drugi Dnywilyj Króla Zygmunta
ta preciwko tymie heretykom Ro-
ku 1524. dany.

Manifestum facimus omnibus et singulis cuiuscumque status ac ordinis subditis nostris, nec non etiam advenis quibuscumque. Quia cum humanis ingenis praesertim vulgi ad res novas ac insolentes propensis necesse sit, cum aliá mala pleraque, tum verò haereses emergere, necesse item sit illas, per eos, qui Divinis ac humanis institutis prepositi sunt, tanquam pestem aut aut virus nocentissimum et subditis ipsorum arceri. Si quidem sola est Religio, qua legibus ac institutis suis homines in disciplina, in virtute, ac in fide erga Deum et homines continet.

continet ac regit quaque in norma et observa-
tione sua veteri turbata et Dissoluta, turbari et
Dissolvi necesse est universa, quod postea ut mul-
tis exemplis constat, in Deditiorem vergere, ac
in perniciem rerum publicarum earumque rectores
redundare solet.

Nos pro officio Christiani Principis,
eam ipsam Religionem à Sanctis Patribus ordi-
natam, ac per Sanctam Romanam Ecclesiam
Directam, nobisque à maioribus nostris per manus
traditam, ac per nos et gentes nostras multo San-
guine, et clarissimis / gratiâ Dei / victoriis hae-
tenus Defensam: etiam à labe haeretica his
temporibus in vicinia emergente, integram ac
immutatam in Regno ac Dominis nostris
conservare volentes, publicis edictis mandavi-
mus nequi Libri Lutheri cuiusdem eiusque
sequacium quorumcumque, quos sua inso-
lencia in reprobum exit sensum, quique
praetextu vitiorum ordinis Ecclesiastici, et
scandalorum, quae in hominibus fieri necesse
est, tanquam sub melle virus suum in vulgus
spargunt, et scriptis ac sermonibus famosissi-
mè non solum mores salubres ac instituta
Ecclesiastica: sed ipsos etiam Sanctos Patres
turpissimè pro se induunt, et Sacra profanis
misceant, nequaquam ad Regnum Dominia no-
stra inferrentur: allegarentur, neve quis Dogma
ipsum pestiferum approbare vel tueri auderet,
sub pena

sub pena capitis et privationis bonorum omnium. Ad quae postea edicta nostra exequenda, modum etiam oportunitate statuere volentes: delegavimus in praetorium civitatis nostrae Regiae Cracoviensis, nonnullos primarios nostros tam Spirituales quam etiam Saeculares consiliarios: qui cum consulibus ac officialibus civitatis sic edicta ipsa nostra exequenda statuerunt. Ut imprimis quandoocumque opportunum videretur Reverendo Domine Episcopo Cracoviensi fieret per Inquisitores eius cum Devisionibus, quos Consilatus in tota civitate ad huius negotii aliorumque excessuum tollendorum custodiam delegit per omnes domos testudines ac cistas Diligens servatio, et ubi aliqui libri haeretici inveniret, illinet pena edicti exigeretur. Deinde ut ut impressores Librorum nihil prorsus imprimere, & bibliopoles vel alii quicumque exponere ac vendere Deinceps audeant ex libris undecumque adductis, nisi illos Rector Universitatis prior viderit, et tam imprimi quam vendi permiserit sub penis praedictis.

Ut autem et reliquae civitates nostrae hoc exemplo insistant ac ut unusquisque temporum praemoneretur, ne ipsa mandata nostra transgrediatur et ignorantiam praetendere possit.

Nos hanc ipsorum consiliariorum simul ac consilatus

consulatus Racoviensis ordinationem per has lites
ras nostras omnibus testatum esse volumus
mandantes omnibus aliis civitatibus Regni et
Dominorum nostrorum, ut ad eum modum edicta
nostra exequendo, qui faciant cum loci ordinari-
is, aut eorum delegatis ordinationes opportunas
easque diligentissime exequantur. Pro gratia
nostra non aliter facturi. & Datum Racoviae
die Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum.